# LVCAS SYRVS AN

thiocensis arte medicus discipulus apostolorum
postea paulum secutus usq; ad confessionem eius
seruiens dño sine crimine · nam neq; uxorem umquã
habens · neq; filios · septuaginta & IIII annorũ obiit
in bithinia plenus spũ scõ · qui cum iam scripta essent
euangelia · per matheum quidem in iudaea · per
marcum autẽ in italia · scõ instigante spũ in achiae
partibus hoc scripsit euangelium · significans etiã
ipse in principio ante alia esse descripta · cui extra
ea quae ordo euangelicae dispositionis exposcit
ea maxime necessitas laboris fuit · ut primum grę
cis fidelibus omni prophetatione uenturum in car
nem di xpi manifesta humanitas · ne iudaicis fabulis
attenti in solo legis desiderio tenerentur · ne uel hereticis
fabulis in stultis sollicitationib; seducti excederent
a ueritate elaboraret · & dehinc ut in principio euange
lii natiuitate p̃sumpta cui euangelium scriberet & in
quo electus scriberet indicaret · contestans in se cõpleta
eẽ · quae essent ab aliis inchoata · cui ideo post bap
tismum filii di a perfectione generationis in xpo impletę
repetendae a principio natiuitatis humanae potestas
permissa est · ut requirentib; demonstraret in quo

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Stadt Nürnberg - Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/stbn_centVapp43b/0205